



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

127. An qui judicat magis probabiliter aliquod peccatum commisisse, vel confessum minimè fuisse, teneatur illud confiteri? Et an qui ex opinione etiam probabiliori aliquod peccatum tacet, exponat se ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](#)

*Sup. hoc s.
pt. ex Ref.
pt. lego do
diam. §.
etiam prope
fuit. & ver.
Et notent
templois. &
in Ref. 123.
remaneat in
validam jam fuisse memoratum. Ita Sancius, quod est
ultima ad*

*Joan. Sancij in select. disp. 41. n. 18. ubi afferit, quod
nullus, etiam si scropulis non sit vexatus, post me-
diocrem adhibitat in discussione conscientia sua
perquisitionem, in ordine ad confessionem pecca-
torum efficiendam, teneatur ulterius de antea facta
vita cogitare; quod si aliquid occurrat non expli-
catum fuisse in confessione, poterit sibi persuadere
illud jam fuisse memoratum.*

RESOL. CXXVII.

*An qui judicat magis probabiliter aliquod peccatum
commisso, vel confessum minime fuisse, teneatur
illud confiteri?*

*Et an qui ex opinione etiam probabilitiori aliquod
peccatum tacer, exponat se periculo errandi circa
integritatem confessionis? Ex p. 5. tr. 14. & Mil-
cell. 2. Ref. 113.*

*Alio d. 3. §. 1. D*iximus alibi, quod si quis æquè proba-
biliter judicet peccatum non commisso, & in se, vel confessum fuisse, non teneri illud in confes-
sione manifestare. Sed difficultas est, quando magis
probabiliter judicet se non fuisse confessum, vel
peccatum non commisso? Et negativam senten-
tiam olim ego docui, quam scio difflicuisse cuidam
viro docto, & amicissimo. Sed immitterit quidem, & e-
ido illam novissime docet Ludovic. Mærat, in D.
Thom. tom. 3. tr. de Sacr. Pœn. disp. 26. sect. 3. n. 4. ubi
sic ait: Quod alijs communiter afferunt peccata dubia esse in confessione explicanda, intelligendum
est, ut & ipsi intelligent, quando is verè de illis est
dubius, tunc autem solùm est cum ita vaellans, &
animo suspensus est, ut de neutra contradictionis
parte determinat, quod scilicet commiserit, vel non
commiserit, quod sit, vel non sit mortale quod con-
fessus ante fuerit, vel non ferre judicium probabi-
le queat. Quare dum probabiliter indicat se non
commisso, vel peccatum mortale non esse, vel se
antea confessum fuisse, non obligatur conferri,
etiam æquè probabiliter, inò forte oppositum
probabilis judicet; multoque minus ad id obliga-
tus censeri debet, dum stante illo priori probabilis
judicio suspicionem tantum, aut formidinem de
opposito habet. Non enim hac formido suspicionis
que vera dubitatio est, cum probabile judicium de
una determinate parte contradictionis non exclu-
dat, quod excludit dubitatio. Ratio autem est, quod
in rebus practicis licitum sit, & tutum sequi proba-
bilem opinionem, relicta contraria, licet æquè pro-
babili, aut etiam probabiliori; quod autem nulla
sit obligatio confitendi peccata, de quibus habet
pœnitenti probabilis judicium, quod ea vel non
commiserit, vel mortalia non sint, vel olim confes-
sus fuerit, probabilis saltem opinio est. Ita Mara-
tius, & ego. Unde ex his appetet refellendum esse

Duvallum, qui non solum in 2. D. Thom. tr. de hu-
manis actionibus, q. 4. art. 12. docet, cum qui ex opini-
one etiam probabiliori aliquod peccatum in con-
fessione taceret, peccatum, exponeret enim se pericu-
lo errandi circa integratatem confessionis, certum
quippe illi est declarationem peccati esse viam
certam, & undeque securam, aliam autem in-
certam, aut ad amplius probabilem. Sed fallitur vir
doctus: nam qui relinquit confiteri peccatum ex
opinione probabilis, nullo periculo se exponit
quoad validitatem confessionis, ut pluribus in locis

in 3. p. tr. 2. ref. 3. & in p. 4. tr. 4. ref. 4.

Tom. I.

*Sup. hoc s.
pt. lego do
diam. §.
etiam prope
fuit. & ver.
Et notent
templois. &
in Ref. 123.
remaneat in
validam jam fuisse memoratum. Ita Sancius, quod est
ultima ad*

RESOL. CXXVIII.

*An qui dubitat se ex verecundia reliquise in con-
fessione aliquod peccatum, teneatur repeterre confes-
sionem illam, vel saltem peccatum omissum?*

*Et supponitur, quod qui voluntarii aliquod mortale
in confessione omisit, confessio est nulla, & ideo ite-
randa.*

*Et quid, si magis inclinet, quod non sit confessus tale
peccatum, an teneatur repeterre confessionem talam?*

*Idem est, si magis inclinet panitens, quod ex malitia
tacuerit peccatum.*

*Et assuritur tunc non esse reiterandam confessionem,
quando non fuit manifestatum aliquod peccatum
bona fide, & ex ignorantia, & sufficere tantum
illud confiteri.*

*Et infertur quod si quis dubitat, & magis in eam
partem inclinat, ut votum emiserit, & sic suspicio-
nem voti habet, non tenetur ad votum, neque ad
partem pro ratione hujus majoris propensionis.*

Ex p. 10. tr. 14. & Milc. 4. Ref. 14. alias 12.

*§. 1. D*iligens Author Carolus Baucius do-
cet sufficere tantum confiteri peccatum
omisum; sic enim ait in Milc. tom. 1. q. 474. Sal-
vo meliori iudicio: si post diligens examen Pœnit-
tens dubitat an revera tacuerit peccatum mortale
in confessione ex verecundia, afferro quod non te-
neatur repeterre confessionem illam, in qua dubita-
vit tacuisse ex verecundia peccatum, etiam si magis
inclinat in eo, quod non sit confessus. Ratio est,
quia in dubio non debet imponi grave onus, quale
est repeterre confessionem, præterim si est confes-
sio multorum annorum, & aliud non debet operari
dubium, nisi quod Pœnitens teneatur sub dubio
confiteri peccatum omisum in confessione. Con-
firmatur a pari, si quis dubitat, & magis inclinat
in eam partem, ut votum emiserit, & sic suspicio-
nem voti habet, non tenetur ad votum, neque ad
partem pro ratione hujus majoris propensionis. Ita
docet Sanchez se retractans, in summ. tom. 1. lib. 1.

*6. 10. n. 36. Garzias de Benef. tom. 2. p. 7. c. 2. n. 32. Quod nunc
& alij apud Dianam p. 3. tr. 6. refol. 50. §. Nota
etiam: ergo idem dicendum est in confessione,
nempe non esse imponendum onus laboriosum
Pœnitenti, quale est, ut repetat confessionem, in & in aliis
qua dubitavit ex malitia tacuisse peccatum morta-
le in confessione. Idem dicendum est; si magis in-
clinat Pœnitens, quod ex malitia tacuerit pecca-
tum, quam si non tacuerit, nempe non teneri repe-
tere confessionem, sed tantum confiteri peccatum
omisum, & quo est dubius an aperuerit in con-
fessione, ut patet de eo, qui emiserit votum, & du-
bitat an emiserit, ut supra dictum est. Ita mecum
sentient docti, & p[ro]p[ri]o viri, quibus hunc casum
communicavi. Hucque Baucius.*

*2. Sed ego contrarium sentio; nam qui volunta-
riè aliquod mortale in confessione omisit, certum
est, quod confessio illa est nulla, & tenetur illam
iterare; ut docent communiter DD. teste Lean-
dro, de Sacram. tom. 1. tr. 5. disp. 5. q. 68. Ergo in
caſu de quo loquimur, si ille est dubius an volun-
tarie reliquerit peccatum mortale, confessio illa
fuit in valida, atque idem non solùm peccatum, sed
etiam confessio tanquam invalida reiteranda ve-
nit. Unde appetet exemplum adductum de voto;
quod dubius de voto non tenetur ad votum con-
cedo. Sed dubius an reliquerit aliquod peccatum in
confessione, tenetur etiam secundum Baucium il-
lad confiteri. Ergo, & reliqua alia peccata in illa
confessione*

*invenietur
in to. 7. tr. 1.
Ref. 92. fe-
cunda vero
reperiatur
in to. 8. tr. 1.
Ref. 4. & in
alii carum
anotatio-
num,*